

masclam, & adorabant, eo quod DEVM
esse statuebant, ita Romanum pontifi-
cem antecedit tygnis gestans panem
qui a populo adoratur.

Etsi autem haec magna peccata,
defenduntur horribili pertinacia, tamen
eruditi & pii considerent causas cur
tadanda, & vitanda sint.

Deinde in libris & communi per-
suasione papistarum traditur in Missa
fieri oblationem corporis & sanguinis
Christi, quae vivis & mortuis remissi-
onem peccatorum meretur facienti
& alijs, & quidem ex opere operato
ut ipsi loquuntur, quod hoc modo enar-
rant, sine bono motu utentis. Et ad-
dunt amplius, mereri eam bona corpora-
lia, felices eventus, in omnibus peri-
culis, in praelijs, in navigationibus, in
mercatu, & alijs negotijs. Haec persua-
siones occupant animos plurimorum ho-
minum apud omnes gentes, sicut phari-